

**Jacobus. W. Bletstatensis**  
Theoderico Gresemunde Moguntino iuniori Salutem plurimam dicit.

**N**escio si tuū theoderice ingenū potius q̄ paternā institutionē laudi daturus sim. adeo utraqz res mihi placet. Neqz em̄ absqz singulari q̄daz industrie tue excellentia pater vel grandi labore suo p̄ficeret. neqz tenerior etas tā cumulatās studij humanitatis litteras umbisset. si nō magno quodā z longe ceteris p̄stantiore bonaz artū duce ac p̄ceptore fruerecur. Laudabo igitur te quo ad viū. laudabo etiam doctissimū patrē tuū. q̄ et si germanus est. italice tamen eloquētie plurimū amans. fretus admirabili dote ingenij tui. credidit te z oratoriā z poeticā doceri posse. Quas artes neqz omniū rerū moderator omniūqz scientiarū infusor deus germanis inuidit. neqz ad eas aut alias quasuis capessendas nature suffragia nō ministravit. Itaqz cū te oratorijs institutionibz deditū ex ornatissimis litteris tuis liquido cōprobarim volui breuita quidē eleganter dicendi scribendiqz p̄cepta passim tū ex antiquissimis tum ex posterioribz harū rerū autoribus medullit<sup>9</sup> sugere. In ordinem inuentū facilem cōponere. z in primis adolescentiori etati tue dedicare. Si em̄ ad p̄suadendū efficaciter legentibz. populares qui vernacula lingua scribūt. litterarū venustatem amāt. q̄nto id magis obseruare. latinis z doctioribz opep̄reciū censerī debet. vt lectū sint iucundiora que ceteris sc̄are cordi est. atqz vebementius inducāt eoz animos a quibz aliqd sunt petitori. Id circo sicut ob eloquij romani cōcinnitatē. instituta latine loq̄ndi pueris dant. ita z ad exornandos f̄mōnes nostros. ex varijs oratorū p̄ceptis breuiscule quoqz leges nobis amplexande sunt. ne vel minores simus vulgo. ne inepti ad p̄suadendū ne indiseri. ne nostre tandē epistole mutuiqz sermones. tū apud p̄ncipes. tū apud doctos quoslibet ludibrio deputent. neue ab exteris mendicare turpiter oporteat. quod nos opa nostra (si modo voluntas affuisset) honeste conseq̄ potuissem<sup>9</sup>. Vale z me patri tuo cum hoc opusculo concilia. vniceqz cōmenda. Date Spiritis pridie ydus Junias. Anno xpi. M. cccc. xcij.